IOSEPHUS FLAVIUS
Admont (?), um 1138/1165
Seite 176r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25967
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quatenus recipiant quæ ab antiocho ablata sunt
et puniri estimentur iniuriam. ut quæ eis
a regis et populos liberos litteræ darentur.
quatenus ad propriam domum in lesi reuertere
rentur. Placuit quoque amicitias Iaurilia cum
hominibus bonis et bono populo vel amico
transmissis et renouandas. De rebus autem
ablatis responderet consulares. cum a suis
negotiis senatus uacauerit festinabitur
in posterum nulla in eos iniquitate ab
aliquo fieri. decernentes dare consulem
fannium publicas pecunias expenden
das. dum ad patriam remearent. Et fanni
us quidem legatos iudeorum remittit. pe
cunias eis publicas pstans. et senatus con
sultum pquod debuissent cum tutela ad suam
redire patriam. In his quidem princeps sacer
dotum hyrcanus erat. Interea rex deme
trius cum exercitum aduersus hyrcanum
colligeret. nec tempus ei nec occasio da
ta est. cum milites et syri maltum eum abhor
rerent. Iplegationem peterent ptolome
um fiscon cognominatum. quatenus de
genere seleucii transmutteret eis qui
deberet accipere principatum. Ptolome
us autem cum alexandro hebenna exercitum
mittens. pugnaque commissa demetrius
superatur. Qui dum fugeret ad cleopatram
suam uxorem in ptolomaide. ab ea non sus
ceptus tyrum recedens tentus multaque
passus ab inimicis interiit.

ALEXANDER regnum accipiens
et amicitiam cum hyrcano principe sa
cerdotum componens. interiecto tandem tem
pore expugnatur a antiocho filio de
metrii crispi nomine occidit. Cumque
antiochus imperium syrie tenuisset. con
tra iudeam exercitum destinare timuit.
Audiens vero germanum suum Ipsum nomine
antiochum ex eadem matre pgenitum
multas uires contra se a cilico congregasse.
eum intra puniciam statuit expectare.
quatenus obuius incursionibus fratris an
tiochi resisteret. quem cilicenus dicebatur
quod in illa ciuitate nutritus esset. Filius autem
fuerat antiochi quem sother nuncupatur.
et uitam bello parthico terminarat.
Huic etiam frater erat demetrius crispi patris.
Contigit vero ambos fratres una uxorem cleo
patram duxisse. quæ quidem admodum
et alibi retulimus. Cilicenus autem antiochus
ad syriam puenens. dum cum fratre bella com
musit. Interim hyrcanus omni tempore illo
pace fruebatur. Nam et ipse post antiochi mor
tem a macedonibus destitutus dum neque ut ami
cus vel subiectus aliquid eis pbuisset.
Cui res abunde creuerat temporibus alex
andri Zebennei. et magis tunc quando
hi fratres contra se pugnabant. Nam dum bello
occupati fuissent. hyrcanus iudeam cum
licentia possidebat. multamque pecuni
arum summam collegit. ambosque inter se di
micantes contempnens expeditionem contra
samariam ciuitatem ualde munitam pduxit.
de qua suo loco referam qualitter abhero
de sit condita. et sebasta nominata.
Accedens igitur adeam studiose obsidebat.
memor malorum quæ samaritæ contra mariseno
colonos Iauriliatores iudeorum comise
runt obedientes syrorum regibus. Cum qua
menia undique circumdedisset duplici
muro cincta stadiis. Lxxx. filios suos
obsidioni pposuit antigonum et aristo
bolum. Quibus imminentibus in tantam
necessitatem famis samaritæ incidere
ut etiam illicita tangerent. et uocarent
ad uxorem antiochum cilicenum.
Qui statim uenien ad defensio
nem uinci ab aristobolo fu
gatusque a fratribus usque ad scythopoli